




LIBRIS
II

2

5





N

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

1

2

2

22

23

24

25



QUOD FELIX FAUSTUMQUE ESSE JUBEAT
SACROSANCTA TRIASI

Auctoritate atque Concessione
Magnifici atque Nobilissimi Jctorum
Ordinis, in illustribus propter Salam Athenis,

P R Æ S I D E
V I R O

Nobilissimo, Consultissimo atque Excellentissimo

DN. JOH. VOLK. *Bechmann*/
HEREDITARIO IN *Obern-Tröbra*/
JCTO ET ANTECESSORE CELEBERRIMO,
CONSILIARIO SAXONICO, CURIÆ PROVINCIALIS,
FACULTATIS SUÆ, ET SCABINATUS ASSES-
SORE GRAVISSIMO,

DN. PATRONO AC PRAECEPTORE SUO
JUGITER COLENDO,
DISPUTATIONEM HANC JURIDICAM

DE

JURE LUDENDI,

publica Eruditorum censura

FRIDERICUS ERNESTUS LEHMANNUS,

ANNÆB. MISNICUS,

RESPONSURUS AUTOR,

In Auditorio Jctorum.

stet

Ad diem Mens. Octobr. Anno M DC LXVIII.

Horis consuetis.

JENÆ, TYPIS VVERTHERIANIS.

GOOD FELIX PASTORALIS

Magnifici Status Ordinis in Illustri

DN. JOH. VOLK. BERNHARDI

HERED. MAG. BERNHARDI

CONSILIARII MAG. JOH. VOLK. BERNHARDI

MAG. JOH. VOLK. BERNHARDI

MAG. JOH. VOLK. BERNHARDI

FRID. ERNSTUS BERNHARDI

Abdient. Meis. Anno 11 DC LXVII

FRID. ERNSTUS BERNHARDI





*In Nomine Domini nostri Jesu Christi, ad omnes
actus, omniaque consilia feliciter progredimur, l. 2. C. de
offic. Praefecti Praetorio Afr.*

PROOEMIUM.



Um difficillimo hoc rerum statu cre-
scant indies malitiæ hominum, quas inter non
minima quoque esse ludendi cupiditas videtur,
de quo vitio quotidie lamentantur Patres æquè
ac Domini, quorum liberi, servi que his iniquissi-
mè corrumpuntur. Ea verò, quæ quotidiana
& usu frequentia sæpius sunt attingenda, &
pleniùs quàm fieri potest, tractanda, asserente Jureconsulto Paulo
in l. legavi 25. ff. de liberat. legat. Ulp. in l. 1. ff. de suspect. tutor.
Ea propter non abs re esse duxi hanc adversus Aleatores mate-
riam Juris sub disputationis incudem revocare: quæ prolixâ
commendatione, cum utilitas ipsa se ostendat, non indiget,
arg. l. 1. ff. de restit. in integr. Neque verò omnem planè ludum
& quæsitam inde delectationem seu recreationem hæc operâ no-
strâ proscribemus, sed cum latinæ civitatis lumine Cicerone,
*l. Offic. dicimus: ludo & joco uti quidem licet, sed sicut somno &
quietibus cæteris, tunc quum gravibus seriisque rebus satisfacere-
rimus: Idque ab antiquo ad nostra hæc usque tempora nemo
sapientissimorum damnavit unquam, licet abusum ejus tanquam
suctum ex optimis floribus venenum non abs re culpaverint o-
mnes. Ut enim animus gravitate rerum quotidie agendarum
quodammodo elangvescit, & altâ quasi torpetudine sopitus jacet:
ita hoc ipso lusu remedio, quasi cinis sulphuri appositus, revi-
viscit iterum, & vires sibi subinde acquirit novas: Quod si verò
diutius etiam mens resuscitata ludicris hisce inhæreret, non mi-
nus peccaret ac illi, qui maximis medicamentis ob valetudinem*

corpus suum interficiunt, non verò reficiunt. Sanè quoque crudele nimium & supplicii æterni imago, excruciaci perpetuis curis atque sollicitudinibus, potissimum autem ob vanissimas res temporales instar Promethei gerere perpetuam Aquilam jecur & cor rodentem: aut instar Ixionis rotâ perpetuò sursum deorsumque versari atque laborare. Pessimum autem & genus homicidii sibi manus injicere, quod is facit, qui se semper animi & corporis motu affligit, nullumque delectamentum curat; Nam magnitudo operis opprimit vires, nullum si adest interstitium, nulla que quies, imò in animatæ creaturæ in se subsistere non possunt, quæ tamen in se nullam suscipiunt curam, sed debent aliquo modo percipere remissionem, sicut in agello videre est, qui suo Domino, postquam quieverit, magnam spem ad pinguiorem largitur messem: Inde videre est, quod antiquissimi tum Græcorum, tum Romanorum non juventuti tantum suæ, varia ludorum, honesta tamen concesserunt genera, verum & ipsi delectati illis sunt; non ignorantes post opera gravia necessariam quoque esse cessationem, ut alacriores ad ea denuò perficienda redderentur, non autem, ut, illis omissis, voluptatibus operam darent, non ut arguerentur potius deposuisse, quam onus relevasse. Itaque ludum vario suâ determinatione, censeferi breviter ostensuri sumus. Sub auspicio verò nostræ Disputationis DEUM Ter Opt. Max. veneramur, suâ gratiâ nobis adesse, & conatus hos juveniles, primitiasque Juridicas ad felicissimum scopum dirigere velit. Tu DEUS ergò esto Principium, Medium atque Terminus. *Nov. 109. pr.*

Q. D. B. V.

QUÆSTIO PRÆJUDICIALIS

Num ludere sit licitum tum de jure naturæ, tum positivo?

§. I.

I. **L** Usum aleæ jure Naturæ ex se licitum asserere possumus, quia à Naturâ hominibus, ut habeant licitas recreationes, non interdicitur, quippe qui interdum omnem hominem à molestiis fermè oppressum refrigerat atque exhilarat, quò eo melius imposterum suis adesse possit vicibus; homines siquidem, quamvis
in

in rebus turbidis, tamen si modo homines sint, interdum animis relaxantur, referente *Cic. 2. Phil.*

§. 2. II. Non incongruum quoque est, sua bona alteri per modum donationis concedere, quare etiam non licebit eâ sub certâ conditione, honestâ tamen & licitâ deponere, sc. eâ, qui victor abibit, habeat, cum quilibet rerum suarum moderator ac arbiter sit *l. 21. C. mandati*. Nam dum ludentes administrationem rerum suarum liberam habent, liberè quoque propter naturalem facultatem de iis sic disponere, ac quasi conditionalem contractum inire poterunt, ut cui fortunæ taxilli ceciderint, is suam & collusoris pecuniam recipiat, cui infeliciter, appositæ jacturam faciat. *Covarruv. tom. 1. part. 2. relect. c. peccatum de R. 7. in 6. §. 4. n. 1. & seq. Molina tom. 2. de l. & l. disp. 510. tract. 2. n. 3. Paul. Layman. lib. 3. Theol. Moral. tract. 4. n. 1.* Huic verò contractui conditionem à futuro eventu dependentem rectè addi, sc. ut illicitus non fiat, tradit *Covarruv. d. l. per l. si quis ita stipulatus fuerit 129. de V. O. & l. si pater 12. C. de inofficio. 50. testam.* Si sc. etiam æqua eorundem conditio sit, vid. *Rauchbar. question. Juris Civ. & Sax. 25. n. 71. & seq.*

§. 3. III. Non contra Jus naturæ esse existimo victoriam aliquam expectare, ex ludo enim sæpè animi Heroës concitantur, & semper superiores ut existant, optant, quod non improbandum esse puto, cum tali exercitio interdum cognoscantur naturæ hominum, quia animi motum vultus detegit *l. 19. ff. de offic. Præsid. & quod de Gothis Svecisque recenset Olaus Magnus lib. 15. c. 12. & 13.* illi, filias suas honesto Conjugio collocaturi Procorum animos miris ingeniis & passionibus examinare solebant, præsertim ludendo & imprimis in ludo schachorum. Eo enim ludo ira, amor, petulantia, avaritia, socordia, ignavia, aliæque plures dementiæ, passiones & animi motus, fortunæque vires & proprietates demonstrari solent: Scilicet an Procus sit aggressis animi, qui subito triumphando indiscretè exultet, aut injurias illatas cautius pati vel modestius avertere norit. Quibus visis auspiciis providi parentes charorum liberorum matrimonia discretius amplectenda vel refutanda moderabantur: Verè enim & scitè *Ovid. libr. 3. de Arte Amandi:*

A ;

Sed

Sed nimius labor est sapienter jactibus uti:

Majus opus mores composuisse suos.

Tunc sumus incauti, studioque aperimur ab ipso;

Nudaque per lusus pectora nostra patent.

Ut autem Victoria illa magis magisque appetatur, non iniquum esse lucrum aliquod, quod ex ludo propter delectationem instituto proveniat, apponere, ita tamen ut sine dolo animoque alteri nocendi fiat, latius deducunt Molina *de I. & I. Tom. 2. Tr. 2. Disp. 510.* Card. de Lugo *de I. & I. disp. XXXI. sect. 1. seq.* & Dn. Hahn. ad *We- senb. b.*

§. 4. Quò autem luculentius appareat, quomodo & quibus conditionibus ludendum, dicendum nobis jam erit, siquidem de ludis exercendis judicarunt semper prudentes, illos neque omni tempore admitti, neque omninò, ut etiam supra latius differuimus, prohiberi oportere: & in speciebus ludorum diligentem cautionem adhibendam esse: Toto enim genere ludis interdicare duriusculum, & à naturali lege humanitatis alienum; & per causam permitti ludus fenestram vitiis validioribus aperire proclive est. Hinc Cardanus *libr. 2. de sapient. ludere*, inquit, sapienti tribus in causis licet, aut in magni periculi timore vel maxima tristitia, aut societatis minimè perditæ causâ, vel cum ad munia tanto promptiores exurgimus, ut non jacturam temporis, sed lucrum fecisse videamur, si ad magnitudinem aut multitudinem negotiorum mentem adhibuerimus.

§. 5. Itaque cautiones ludendi juri naturæ maximè consentaneas has esse. (1.) ut habeat quis liberam rerum suarum administrationem, disponendique facultatem, maximè verò de illâ re, de quâ luditur, quia nemo plus Juris ad alium transferre potest, quàm ipse habet *l. 54. de R. 7.* (2.) alter alterum per injuriam non pertrahat. Per injuriam autem hic intelligimus, quomodo aliquis cogitur ad ludendum, quod contra naturam ludi est, & sic non jure fit, uti sumitur *pr. Instit. de injuriis.* (3.) ne utantur fraudibus, quod est contra LL. ludentium. (4.) Ut æqualis sit utriusque ludentis conditio, ut habet Lugo & Dn. Hahn. *b. l.*

§. 6. IV. Jus positivum s. civile quod attinet inficias ire non possumus, non tantum ex jure *ff. sed & C.* ob sat graves in

l. 2.

l. 2. C. de Aleat. allegatas rationes ludos prohibitos, & in lusorum receptatores, ut *infr.* agemus latius, statutum severè esse; cum tamen hæc ad ludos honestos, & qui virtutis ergò fiunt, non pertineant, nihilominus nostra assertio firmo stabit talo, siquidem si ipsam rem propter abusum ex hoc Mundi theatro vellemus tollere, planeqve ejicere, sanè ferè nihil in rerum naturâ esset, quod non in aliquem posset trahi abusum, ut ignis & vini maxima datur abutendi copia, dum interdum tota ædificia ope incendiariorum comburuntur, ex vino multa perpetrantur homicidia, quis autem quæso vellet propter hos pessimos ex accidente factos abusus ignem & vinum ex aliquâ Rep. tollere. Ludi igitur quoque non magis propter immoderatum usum exterminandi sunt quam aut ignis aut aqua.

§. 7. Ad nostram amplius stabiliendam sententiam accedit & Jus Saxonicum, ut & recepta in Sacro Romano Imperio perpetui vigoris observantia, multorumqve aliorum Ducatum, Provinciarum, Rerumqve publicarum statutis confirmata, ut qui virtutis & honestatis causa fiunt ludi, non improbi sint. Et hoc satis comprobatur disertis verbis Ordinat. Elect. Sax. de an. 1612. tit. von Spiel; Daß keiner von Adel auff 1. mahl über 1. Rthal. ein Vornehmer Mann/ so bürgerliches Standes ist/ über 12. gr. und ein Handwercks-Mann über 4. gr. ein Bauer aber über 1. gr. verspiele/ quod denuò repetitur in *nov. ordin. Polit. Tit. 8. §. 2.* Et sic ludos aliquo modo & respectivè admitti posse apparebit luculentissimè. Nos ita hæc in re amplius operam non dabimus, sed potius ad rem ipsam nos accingemus, cui disputatio nostra est inscripta. Ne autem in tractatione perturbemur, Methodi dexteritate præcavebimus & dispertiemur rem in novem capita. In primo agatur de Etymologiâ, Homonymiâ, & Synonymiâ. In 2. de definitione & divisione. In 3. de causâ efficiente. In 4. de materiâ. In 5. de formâ. In 6. de fine & effectu. In 7. de Affinibus. In 8. de contrariis. Et demum de Actionibus ex ludo oriundis.

Jacta jam est alea, fors itaque suat.

GA

CAPUT I.
De Etymologiâ, Homonymiâ &
Synonymia.

§. I.

PRincipium divino illo Philosopho Plat. *libr. 6. de leg.* bonum dicit esse plus, quam dimidium totius, & qui bene cœpit, non dimidium tantum, sed totum etiam quodammodo complexus esse videtur; quapropter etiam hic è re erit unde principium i.e. nomen descendat, inquirere, siquidem juri operam daturus prius sciat, unde nomen Juris deducatur, *l. 1. ff. de l. & l. 1. pr. ff. de R. C.* Ludum autem descendere à primitivo verbo ludere, facile patet. Quidam tamen Ludos à Lydis & inventos & dictos putant. De aleæ originatione major est difficultas. Laur. Valla *Libr. 1. eleg. c. 8.* dicit, voculam aleam descendere à verbo, quod nusquam reperitur, quia aleare non dicimus, sed aleâ ludere. Alii verò aleam dictam putant, quasi semper aliam i. e. dubiam & fallacem: alii nomen desumunt ab ἀλη Græco, quod errorem significat, cui derivationi etiam nostrum calculum cum Christiano Becmanno Philologorum acutissimo addimus, nihil enim aleâ incertius juxta Tullium *libr. 2. de divinat.* Sunt quidem alii, qui aliam amant derivationem, sed nos hujusmodi subtilitates non moramur, cum tenues verborum differentias leges nostræ rejiciant. *l. 15. C. de testam.* & nuda vocum Disputatio solis pertinacibus relinquatur, qui non sensum, sed vana nominum vocabula amplecti desiderant. *l. 2. C. de constit. pec.*

§. 2. Huic Etymologiæ obiter & adjiciemus cum Patre Gregor. *Synt. 7. lib. 39. c. 4.* & Schachorum, qui nomen ab Hebræis derivat, quod etiam nomen Schach ostendit, & Math, quibus ludus perficitur: Scach dicunt, cum ita cingatur sive vallatur Ludi Rex, ut sede egredi cogatur, Scach autem Hebræis vallavit, sepivit, & Math vel mot, mortuus est. Unde finitur ludus per Schach & Math, cum Rex omninò obsessus sit, & immobilis reddatur. Simplicius est credere voce Persica Schach regem significante derivationem factam. Unde apud nos das Königsspiel/
Schach

Schach Zabel. Vox Zabel autem tabulam significare notum esse arbitror ex Seleni *l. 1. c. 2.* ita loquentis: Germani ex T. formarunt Z. ut videre est in urbe Zabern in Elfatia, Zürich & Züg quæ aliàs à Romanis Taberna, Thüringen & Thügia vocatæ sunt.

§. 3. Explicatâ jam Etymologiâ, pervenimus ad Homonymiam, quæ in ludo latissimè patet; (1.) in genere ludus opponitur serio, ut in illo Virg.

Posthabuit tamen illorum mea seria ludo,
ut ita ludus comprehendat omne factum non ita serium, quo tamen ad seria præparari vel post seria relaxari possumus. Quâ occasione multas Metaphoras in usu latinæ lingvæ patitur. Vid. Lexicograph. Scal. *libr. 1. Poës. c. 22.* Petr. Victorium *6. variar. c. 19.* Sic turpiter ludere cum uxore Domini Feudalibus planè interdictum, *1. Feud. 5.* (2.) pro spectaculis ac solennitatibus publicis: Erant enim varii ludi apud Romanos, uti Circenses, ut Quadrigæ & Pugillatus, quorum crebra in ll. mentio. *l. 12. §. Equitii 4. ff. de usu & habitat. l. 1. ff. de mun. & honor. l. 122. de leg. 1.* Amphitheatrales s. Arenæ ut Gladiatorii, it. pugna cum feris, Scenæ, ut Comœdiæ, Tragœdiæ, Satyræ, & Thymelici, de quibus vide Alexandr. ab Alex. *Geneal. dier. lib. 3. c. 21. & lib. 5. c. 8.* adde Panciroll. (3.) accipitur pro Scholâ discipulorum, unde Lud. Magistrum dicimus, *l. 1. §. 6. ff. de extraord. cognit. ratio in proclivi est.* (4.) Ludus in jure pro genere mediocris pœnæ capitur, quomodo duplex erat, vel venatorius vel gladiatorius, quorum alterutrum dati servi pœna efficiebantur, Paulus *l. 5. Sentent. c. 17. l. 2. C. Theod. de pœn. l. 8. §. 9. & 10. ff. de pœn. l. 1. C. Theod. ad L. Falcid. Dd. ad l. un. de gladiat.* (5.) Nobis h. l. ludus est actus ex conventionem ortus ad delectationem vel lucrum ex eventu victoriæ vincenti comparatus.

§. 4. Inter synonyma ejusdem originis aliquando lusus, lusio, quanquam Valla *libr. 4. 16.* propriè ludum dicit, qui tùm periculum, tùm spem sibi propositam habet: Lusum autem nihil habere præter delectationem. Inter diversæ originis synonyma frequentius est alea, quæ ludos tam simplices, quam mixtos complectitur, ut sunt tesserarum, talorum, cuborum, scruporum

B

de

de quibus vid. B. Senfflebius in suo tr. de veterū aleâ c. 12. n. 2. p. m. 124. astragalorum, idem c. 4. n. 2. p. 34. chartarum vel foliorum & aliarum species quæ enumerantur à Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 23. Hinc quoque fit, ut aleâ pro fortunâ & periculi cujusvis dubitatione sumatur, uti apparet ex illo Senecæ, qui, subibo, inquit, hujus voti aleam, vel ut Livius: in dubiam Imperii servitūque aleam imus, i. e. in dubium servitutis periculum. Interdum etiam sumitur specificè, quatenus scilicet de tesseris tantum sermo est, uti probat hoc Sipontinus ad Præfat. Plinii. Alea dicitur, sunt verba illius, omnis ludus magnâ ex parte in fortunæ varietate consistens, sed propriè de tesseris intelligendū. Raderus parili modo ad l. 14. Epigr. 12. Mart. hanc defendit sententiam ita loquendo, alea propria est hujus ludi, quamvis de omni generatim ludo alea dicatur, speciatim tamen tesserae convenit. Hinc quoque trahi poterit illud Juvenal: Sat. 14. v. 5.

Si damnosa senem juvet alea, ludit & hæres

Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.

CAPUT II.

De Definitione & Divisione.

§. I.

ENucleata jam onomatologiâ, ponimus nunc Pragmatologiam seu definitionem realem, quæ, res quid sit, de quâ disputamus, exprimit. Describimus autem cum Domino Hahnio ludum ita: Ludus est actus jucundus, quo ex conventionem duo pluresve seu solius delectationis seu recreationis causa, seu simul ob lucrum vel licitum vel illicitum, ejus rei quæ victoriæ causa deposita vel promissa fuerit, ei, qui vicerit, capiendum.

§. 2. Generis loco ponimus actum jucundum, ita enim cum Dn. Hahnio maluimus quam per contractum definire, quia nec ludus merâ conventionem absolvitur, est enim certamen seu pugna arg. l. 2. ff. de Aleat. jūge Aristot. Rhet. n. verb. qui pertinent ad pugnas, & sic præire solet actio seu expressa s. tacita ludentium. Neque enim semper in ludo deponitur, quod victori cedat, est autem ille actus jucundus s. ob solam delectationem seu ob lucrum simul & delectationem fiat, & sic excluduntur hic ludi poenæ, de quibus jam dictum est.

§. 3.

§. 3. Differentia partim à modo exercendi, quod fit ludendo in victoriam, partim à subjecto, quod duo pluresve annotat, quia est certamen nemoque solus certare potest, partim ab objecto & fine. Diversitas autem finis facit duplices ludos, alios licitos, eoqve permisos, alios illicitos eoqve damnatos ac prohibitos, de quibus notabilia verba in Constit. Imp. de ratione & meth. ius docendi, l. fin. C. de Episcop. audientia. vid. Magn. Dn. Strauch. c. 5. in suâ dissert. illustri de Beryto.

§. 4. A definitione rectè accessum facimus ad divisionem. Commodè autem in tres ordines possumus collocare ludos. Ad I. spectant illi, qui versantur circa ingenii corporisque exercitium, & requirimus ad illos (1.) virtutem, (2.) fiant sine dolo (3.) fiant horis congruis, aut sine ullâ aliâ circumstantia. Ad II. referuntur, qui tantùm à fragili fortunæ eventu dependent, & illi regulariter habentur pro illicitis, quia in illis plus valet fors, quam ingenium s. ars, & non sapienter actum est se lubricæ committere fortunæ. Ad III. enumerantur, qui sunt mixti, i. e. qui partim habent suum esse à fortunâ, partim verò ab arte.

§. 5. Postquam divisionem ludorum perspeximus, videamus etiam, quinam sunt ludi liciti, & quinam illiciti, seu quinam sunt referendi ad primam, secundam vel tertiam classem. Referimus autem ad I. classem omnes ludos licitos, qui sc. consistunt in peritiâ & industriâ i. e. virtute vel robore corporis, & quorum finis potest ad virtutem ingenii corporisque exercitandam ordinari, & autoritate publicâ instituti sunt, qui interdum sacra certamina nuncupantur. l. *athletes ff. de his, qui notant. infamia.*

§. 6. Referuntur vero ab Imperatore nostro sacratissimo in l. 1. C. h. t. ad ludos licitos quinque species. Prima itaque *μὴνὸ-βολα* vocatur, qui singularem significat saltum, aliàs etiam dicitur *κρημνὸβαλλο*, quam alii forsan dixerunt *κρημνισμαχία* ut Hippocr. libr. 2. de diæta. Pancirolla vocat pugillatum seu certamen cœstum. Gothofr. ad l. 2. ff. de aleat. Alciatus putat per hanc speciem pilæ iactationem intelligi, cum quo etiam consentit Petr. Gregor. Et sanè hic ludus est utilissimus, & à sanitate valde commendatur, in cuius licentiam quoque ferè omnes consentiant, ut Galenus de ludo parvæ pilæ, Hieronym. Mercurialis Medic. Batav. in libr. artis Gymnasticæ.

§. 7. Verum non solum à sanitate, sed etiam ab antiquitate laudatur, quod scilicet maximum habuerit apud antiquos usum, uti fidem facit Archit. Tarentinus, qui pilam cum servis suis ludere non erubuit; & Socrates cum pueris narrante Val. Max. *libr. 8. c. 8.* se exercuit. Sidonius Apollinaris de se amorem pilæ fateri non dedignatus fuit *libr. 2. Ep. 2.* Inter Græcos Alexander Macedo, qui plerumq; cum Aristonico Carystio pilam lusit, Plutarchus in illius vitâ. Inter Romanos Aug. Cæsar M. Anton. Philosophus & Domitianus Aug. pilæ regium exhibuerunt honorem, teste Svetonio *c. 83.* Hoc quoque laudatissimum Genus utroque jure receptum esse scimus, & canonico, *c. clericus de virâ & honest. cleric. & civili l. 11. l. 52. § fin. ff. ad l. Aquil.* Regulariter Antiquitas veneranda hoc exercitii genus juvenibus concessit, quibus & natura hæc in parte magis quam senibus favet, quibus non sunt firma latera. Hinc Manilius *libr. 5. Astron.*

Tantus erat per membra vigor referentia ventos,

Ille pilam celeri fugientem prendere planta

Et pedibus pensare manus.

Species pilæ à Martiali *libr. 14. Epigr. 47.* enumerantur quatuor: prima est pila paganica, secunda arcta, tertia trigonalis, & denique follis.

Ite procul juvenes mitis mihi convenit ætas,

Folle decet pueros ludere, folle senes.

De paganica & arcta *libr. 14. Epigr. 45.* ita:

Hæc quæ difficili turget paganica pluma

Folle minus laxa est & minus arcta pila.

Germanis quoque non ignotam esse hanc ludi speciem clarescit ex illis, quod scilicet pilam septuplicem faciant, quam hic adjicere ex Sprengero allubuit: Kackel-Ball / Hand-Ball / Stecken-Ball / Kreiß-Ball / Gruben-Ball / Luft-Ball / mit einer hölzernen Brischchen / Ballen / so mit Bracial geschlagen wird. Et hæc de hæc specie.

§. 8. Sequitur secunda licitorum ludorum species, & dicitur à Justiniano *κοντιμονόβολοι*, quod iterum variè variè interpretantur, à quibusdam dicitur *κωμοδιόυλον* i. e. cursus incisus, quando reciproco cursu certatur: *διελκυσίδα* Polluci forsan *libr. 9.*

de

de lud. convival. vel legendum *ἄλλοδρομον* uti quidam volunt, i. e. currendi certamen per stadium. Et hæc species ni fallor locum adhuc in urbibus & Aulis Principum invenit, quæ civium & nobilium exercendorum gratia instituitur, ut sunt exercitia jaculatoria, certamina equestria & militaria, ad quæ Nobilibus tantum patet aditus, *Turnieren/ Rincfrennen/ &c.*

§. 9. Tertia species est *Quintana*, quæ nomen accepisse dicitur ab Exercitatione quam milites Romani in viâ *Quintanâ* in castris faciebant. Vid. *Vegetius libr. 1. c. 11. Rauchbar. in suis quest. 9. 25. n. 3.* dicit à *Quinto*, inventore nomen habere, & jaculationem hastæ vel conti sine cuspidē, spiculo aculeo vel ferro, *l. 1. C. b2c.* Secundum lectionem vulgarem opinantur fuisse hunc ludum *Basilindam*, quem *Julius Pollux libr. 9. Onomast.* ita describit, quo per sortem fit rex & minister, & ille huic laboriosum quid imperat, quod Germanicè forsan posset dici *das Königschlagen/ des Königs spielen/* ubi rex per certum manuum numerum eligitur. Adest quoque alius ludus, qui vocatur *Basilicus*, sed hic tantum convivalis est jactus, qui in conviviis solus fermè fuerit adhibitus, uti refert *Senfflebius* in suo *Tr. de alea Vet. c. 5. c. 19.* Nam Veteres in conviviis ex omni convivarum numero certam eligebant Personam, quæ convivio præset, legesque, quas *Horat. 2. Satyr. 6.* insanas vocat, illis præscriberet. Hæc variè à variis indigitatur scriptoribus: à *Juven Sat. 3.* vocatur *Magister*, à *Plauto* in *Perfa 5. 1. 18.* *Dictator*, ab *Horat. lib. 2. Serm. 8.* *Pater cænæ*; à *Gellio 13, 11.* convivii *Dominus*: à *Sidonio l. 9.* à Græcis autem *βασιλευς*: quia verò *βασιλευς* iste, ut plurimum jactu talorum eligebatur, isque in hunc regem coronabatur qui *Venerem* jecerat, factum est, ut *Plautus* hunc jactum vocare voluerit *Basilicum*. Res clarior fit ex loco *Horatiano, l. 2. Od. 7.*

--- -- -- quis udo
Deproperare apio coronas
Curatve Myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi?

Venus autem h. l. denotat cum tali quatuor diverso omnes erant numero i. e. cum jacti erant omnes talorum numeri, Venus erat. *Thom. Freigius ad Exercit. LL. Lud. Vivis.*

§. 10. Quarta species nominatur *ῥεχύτης* i. e. colluctatio in vulgaribus catampon, qualis verò lusus fuerit, ignorare se dicunt Alciatus & Petr. Gregorius, quapropter & nos rectam hujus ludi delineationem dare non valemus; volunt alii legi catampon, vel ut in Græca constitutione *καὶ ἀμφῶν*, ut sit certamen duorum concurrentium.

§. 11. Quinta & ultima species est *ἵππη* s. eorum curriculum, l. 1. § l. fin. C. b2c. Alciat. nominat *ῥέπειν λυτέρας* à decursu latrunculorum, Petr. Gregor. *ἐκπαισασμὸν* i. e. ludum, in quo imitatio est conversionum ordinum militarium. Aliàs nomen habere consuevit Troja s. Pyrrhica, quæ simulacrum est pugnae equestris, quæ *πυρρική* & *ἵππασία* Dioni audit, sed transit etiam usus Pyrrhicae in pedestris pugnae simulacrum, adhibitis numeris & concentu Musico, uti scribit Gothofr. in suis not. ad l. 1. C. de aleat.

§. 12. Hisce adjungimus similes lusus, qui virtutis & ingenii excitandi vel acuendi causâ fiunt, imprimis verò illum, quem Doctores ludum Schachorum appellant. Nam si ludi admittuntur ob exercitium corporis, quare non etiam ob animi exercitium, cum ea, quæ sunt animi, longè pretiosiora sint, quam corporis *arg. leg. sancimus 21. C. de Sacro Sanct. Eccl. Chil. König. in Process. Judic. c. 34. n. 2.* Diese Spiele/ inquit, sind zugelassen/ in welchen die Geschicklichkeit und der Verstand des Menschen/ und nicht das Glück gebraucht wird/ also das Spiel des Schach-Zabels. Originem autem, si Polyd. Virg. credere liceat *libr. 2. de invent. rer. c. 13.* sumit circiter annum O. C. 3635. à quodam viro sapiente nomine Xerxe, qui cum non auderet apertè monere officii sui Tyrannum quendam metu savitiæ, calculorum seu latrunculorum documento voluit tacitè eum monere, Majestatem sine viribus, hominumque adminiculis nec valere nec tutam fore, & regem nisi invigilaret à suisque defenderetur, facilè oppressum iri. Et hoc certè acies latrunculorum ostendit.

§. 13. Hinc recenseri meretur, quod in agri Halberstaden-
sis pago Stoppe rustici adeò hujus ludi periti dicuntur, ut exercitissimos extraneorum vincant, & uti ajunt si quis esset, qui quendam illorum possit tali ludo superare, id non sine periculo
amit-

amittendorum privilegiorum pagi fore. Et apud nostros magnum hic ludus meruit favorem, ut inter ludos licitos permissoque justè habeatur, summa Baptist. in verb. Ludus. Lopez. in prac. can. c. 70. quia videlicet in hoc ludo minimum fortunæ licet, sed omnia ingenii vi atqve singulari judicio peraguntur: ita tamen, ne ultra solidum, sicut in aliis dictis ludis ludere liceat. Neque de nihilo est quod Sannazarius, ut & J. Cæsar cum Julio Ascanio Tuccio Cremensi elegantissima de hoc ludo poemata, (quæ apud Senff. c. 14. n. 15.) & celeberrimus Imperii Princeps sub nomine Gustavi Seleni integr. tr. scripserunt. Jure Saxon. permittitur etiam ludus Globi das Bosen/ ita tamen ne quis ultra grossum in isto ludo perdat. Constit. Sax. ord. c. 73. Magn. Dn. Præses in suo com. ad ff. hic. Huc referimus & illam speciem quæ vocatur die Wilsentaffel / ubi tantum vescendi causâ & in commestationem luditur, quod est permissum. Vid. Schotan. tit. de aleat.

§. 14. Ad II. Classem recensentur illi ludi, qui tantum à cæcâ atq; ancipiti dependent fortunâ, ut vulgo loquuntur, illorumq; genus *τυχαιον* vel *τυχηον* vocatur, quia in illis plus valet fors, quam ingenium s. ars. Hinc quoq; chartarum distributio est actio merè fortuita ubi hominis ingenium, ars, industria ad eventum nihil facit, nec distributionem huic lusori prosperam, alteri diversam determinat, quapropter in chartarum ludo interdum concedendum, industria & arte aliquando juvari posse perperitum lusorem, cui sortitio chartarum infeliciter ceciderit, & cui cum imperitiore certamen sit; sed hæc est per accidens, & rei substantiam non confirmat, quæ per se mala est. Genera verò ludendi chartis multò sunt intricatiora, adeò ut quis stellas potius numerare possit, quam ista lusuum genera, siquidem nullus ferme pagus tam obscurus est, qui non certum sibi ludendi genus in chartis finxerit: Anno 1578. Neapoli novum tributum impositum fuit, quod unusquisque novum chartarum genus fingens solvat Regi unum Carlinum, quod tributum hodiè pro viginti millibus ducatorum vendunt, uti recenset Magister in delitiis Neapolitan. p. 274. In Hispaniâ monopolium chartarum lusoriarum aliquando infiniti ferè quæstus fuisse accepimus,

§. 15. Porrò ad hanc classem etiam pertinent tesserae, ad quas fritillus, durch den Trichter spielen / cum enim periculosum interdum foret, nonnullorum ludentium manibus talos committere, fritillum hunc invenerunt, ne collusores simplici tesserarum ex manu colludentis circumvenirentur jactu, fritillum hunc tabulae superposuerunt, & sic per eum tesseras dimiserunt. Unde nomen habeat vid. apud Senfflebium c. 11. Dantur plures alii ludi à cæcâ fortunâ promanantes quos hîc proferre nec lubet nec licet, sed quærantur illi, qui in hâc palæstrâ obtinent imperium.

§. 16. Convertimus itaque nos ad III. classem, quæ agit de ludis mixtis i.e. de illis, qui partim ab arte, partim verò à fortuna proficiscuntur, ut Sortschen & quæ sunt similia, quæ quamvis aliquo modo ab ingenio oriuntur, nihilo secius tamen à jure prohibentur, & qui contra agunt arbitrariè vel pœnâ carceris vel pecuniariâ hodiè puniuntur. vid. Magnif. Dn. Præses in *Observat. practica hîc*, ubi tamen aliquam addit limitationem, quod sc. hæc quæ hætenus de ludis illicitis dicta sunt, cum grano salis percipi debeant, ludus enim, qualis qualis etiam sit, modò fiat ob recreationem & convivium, aut ubi modica saltim perditur summa, sit licitus, si rarò fiat, hinc in præjudicio Jctorum Lips. additur des verbotenen hohen Spiels wegen. Mens. April. 1638. Menoch. *cas. 399. num. 19.*

CAPUT III. De Causa efficiente.

§. I.

ORigo ludorum ut supra meminimus Lydis communiter adscribitur. Narrat enim Herodotus grassante aliquando annonæ difficultate per universam Lydiam, Lydios multa remedia quæsisisse huic malo, inventumque tunc ab iis aleæ, tesserarum, pilæ ludum, aliaque ludorum genera, præterquam talorum: quam tamen inventionem sibi Lydi non vendicant. Porrò ad famem repellendam alterâ dierum in totum lusibus occupabantur, ne videlicet ciborum quærendorum sollicitudine distorquerentur; alterâ verò à lusibus abstinentes pascebantur, dum enim
quis

quis studio ludi detinetur, furtim atque pedetentim tempus labitur, ut non de cibo cogitet: Cujus rei fidem in medio relinquimus, contenti monuisse diversa diversis populis ludorum genera inveniri potuisse.

§. 2. Causa igitur efficiens ludorum sive inveniendorum sive inventorum sunt personæ ludentes idoneæ, de quibus post definitionem ac divisionem justè agimus, monente ipso Justiniano, in §. fin. *Instit. de l. N. G. & C.* parum enim est jus nosse, si Personæ, quarum causa jus constitutum est, ignorentur. Videamus ergò personas ad ludum habiles, quia non promiscuè, ut supra innuimus, admitti debent omnes ad ludendum, qui enim ludit, alienat aliquam rem, quæ regulariter requirit consensum, & liberam alienandi potestatem, & qui non consentire aut alienare potest, à ludis arcetur. Possunt autem quidam non consentire vel à naturâ vel à lege.

§. 3. Naturâ non possunt ob defectum aliquem, qui adheret vel ætati vel animo.

§. 4. Ætati; ut infantes s. septennio minores, qui nec se naturaliter nec alium sibi civiliter obligant, ne quidem cum tutoris auctoritate §. 10. *Instit. de inuicilib. stipul.* Magn. Dn. Struv. *Exerc. 6. §. 39.* comparatur enim infans cum furioso, quia nullum habet intellectum, ac neque scire neque discernere potest, l. 9. *de acquir. hered. bared.* multò minùs intelligit quod agit l. 6. *rem pupilli vel adolesc. salv. fore.*

§. 5. Animo; qualis continuò furiosus, quia sive promittat sive stipuletur, nihil eum agere naturâ manifestum est, l. 1. §. 12. ff. *de O. & A.* illius enim est animus nullus seu voluntas, l. 25. ff. *de fidejussor.* nullusque consensus l. 2. *C. de contrab. emt.* l. 8. §. *unius ff. de opt.* quapropter & semper pro absente, quiescente, dormiente & ignorante habetur. l. 134. *de R. 7.* Qui autem certa habet intervalla, & quid inter illa gesserit, id habetur ratum, nec ullum negotium antea rite rectèque factum, à furore deinceps superveniente scinditur, l. 2. *C. de contrab. emt.* §. 1. *Instit. quibus non est permissum fac. testam.* Et quod dictum de furioso, observetur etiam in mente captis, fatuis, & cæteris, in quibus mentis sanitas desideratur, quia dementes æque ac furiosi mente carent, nam diffe-

C

runt

punt ad eò, quod sc. furiosus dicatur, qui animi rabie vexatus, demens vero qui placidus est, & non tumultuatur.

§. 6. Loge etiam aliqui prohibentur, & hoc fit vel ob malos mores, vel ob defectum aliquem Judicii.

§. 7. Propter malos mores sunt, qui prohibentur prodigiis, quibus bonis est interdictum; moraliter enim illis deest consensus, *l. 49. de R. J.* & passim in jure furiosis æquiparantur. *l. 1. ff. de Curat. furiosorum l. 7. §. 11. cum seq. ff. ex quib. caus. in possess. eatur,* nam ut illi sana mens, ita huic sani desunt mores *l. 1. de curat. furios.* Non inconcinnè quoque huc referimus extremè ebrium, qui præ dolore capitis nec oculorum nec aurium officio potest fungi, & rectè hic assimilamus furioso ebrium, qui rationis usu privatus, *arg. c. 14. de vitâ & bon. cleric.* Vid. Magnif. Dn. Struv. *Exercit. l. 37.*

§. 8. Ob defectum judicii pupilli & minores *l. 3. C. de restit. in integr.* si enim aliquis reperiatur cum pupillo lufurus, ab eoque aliquid lucratur, tunc tenetur illud restituere, *l. 7. §. 6. ff. de min.* nec habet quod de injuriâ sibi illatâ conqueri possit, quia quasi in suum damnum consensit, cum pupillus nec velle nec nolle in suâ ætate habere credatur *l. 189. de R. J.* Eadem quoque ratio obtinet in minore, quod sat clarè ex *ll. perspicere est ut l. 3. C. de in integr. restit. min. l. 1. in fin. ff. de min. l. fin. C. de legit. tutor.* ubi hæc addenda ratio, quod minoribus in damnis subvenire, non in rebus prosperè gestis obesse conveniat, & si non solverit, habet exceptionem; aut si solverit auxilio restitutionis habet repetitionem, infirmum enim est hujus ætatis consilium, *l. 1. ff. de min. multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum,* ut *ibid.* Ulpian. ait.

§. 9. Nunc filii familias quoque hic habenda est ratio, & instituendum Examen, num ludere possit? quod partim affirmativam, partim verò negativam tenet sententiam, cum fortuna illius sint inspiciendæ, quas nam habet in suâ manu, si habet peculium castrense vel quasi, cujus tam proprietatis tam ususfructus ad illum venit & cujus ratione fruitur eo jure ac paterfam. *l. 6. ff. de injust. rupt. irrit. l. 2. ff. ad Scrum Macedon.* tunc quoque ludendi illi facultatem concedimus, quando autem nihil habet proprii, tunc

tunc non concedimus lusum, quia per lusum alienantur res, quæ à filiofam. non possunt, quia nullas habet, alienari. Sed quærimus hîc, an aliquis possit se defendere, sc. quod nesciverit colusorem esse filiumfamilias? Credimus quod non, quia quis debet esse certus de conditione ipsorum, cum quibus contrahit, *l. 19. de R. 7.* & scire filiosfam. non habere proprias pecunias, Paris de Puteo *tr. de ludo n. 3.* & talis homo, qui scivit esse filiumfam. non solum ad restitutionem tenetur, verum etiam committit furtum Roland. à Valle *consil. 45. n. 3.* Si verò consensu Patris luserit, à quo etiam aliquam pecuniam accepit, rectè ludit, vid. Layman. *libr. 2. Theol. moral. tr. 4. c. 21. n. 5.*

§. 10. Ceterum Clericis vix omnem ludum poterimus denegare, si in eo moderamine usi fuerint quod Laicis præscriptum, & solum ob recreationem, vid. Capra *in suis reg. 86. n. 40.* *Actius de infirm. p. 2. lit. A.* verb. alearum ludus, præsertim verò hoc tempore, quo antiquorum canonum rigori consuetudine derogatum testatur. *in comm. ff. b. 1. n. 4.* & in censuram non incidunt, nisi publicè ac assiduè cum offensione populi luserint, *arg. c. 11. de excess. pres. glos. in c. 1.* Nec paratam mensam ludere volentibus habeant, nec ad ludum provocent. Petrus Greg. *in S. J. U. lib. 39. c. 3. n. 14.* Desint etiam rixæ, injuriæ, blasphemix, atque è contrario adsit modica quantitas ex illorum bonis, tunc tam Clericis quàm Laicis non prohibitus censetur ludus, *l. fin. C. b. r.* *Accurs. in Auth. interdicimus in verb. ad Tabulas C. de Epif. & Cler.* Et Paris de Puteo ita: quod ludus, qui fit virtutis vel ingenii ostendendi causâ, sit permissus ne dum Laicis, sed etiam Clericis, dummodo non immisceantur fraudes, vel non fiat voluptatis ergò. Non obstat *l. fin. C. de Episcop. audientia.*

CAPUT IV. De Materia.

§. I.

Circa materiam duo occurrere videmus, quæ hic possunt commodè tractari. Alterum est res illa s. objectum, de quo ludimus, pecunia sc., alterum vero pecuniæ summa, quæ in ludum deducitur.

C 2

S. 2.

§. 2. Materia s. objectum, de quo fit ludus, reperiatur in nostro patrimonio, simulque sit in statu possibilium: Sunt autem res naturaliter vel moraliter possibiles. Naturaliter, quæ fieri possunt; nam impossibilium nulla est obligatio, *l. 185. de R. J.* Moraliter, ut sint honestæ, nam si res erit illicita, etiam ipse ludus erit illicitus.

§. 3. Per pecuniæ autem appellationem h. l. intelligimus non pecuniam strictè sic dictam, sed omnem rem; nam in jure triplici modo sumitur. Primò generalissimè, quo refertur ad ea omnia, quæ sunt in patrimonio, *l. rei s. ff. l. 178. l. 222. de V. S.* (2.) aliquando angustius capitur, ut eas duntaxat res contineat, quas Paulus *l. 2. §. 1. si certum pet.* in suo genere ait recipere functionem. Denique sumitur strictè pro pecuniâ numeratâ, de quâ sunt ubivis exempla obvia. Vultej. *in comm. Instit. in petit. de loc. cond. n. 20.* Hoc loco ad nostram sententiam amplectimur primam significationem, quæ etiam erit apta atque congrua, dum interdum non solum pro pecunia strictè sic dicta ludimus, verum etiam pro aliis rebus, ut quando præmium ad cursus equorum proponitur, ut vestis vel pallium: Paris de Puteo in suo *Tr. de lud. num. 6.*

§. 4. Quando autem pro pecuniâ ludimus, summa jure civili non debet excedere solidum, *l. alearum usus C. hinc*, jure Sax. verò minus licet in ludo perdere, uti videre est ex *Ordinat. Polit. de Anno 1612.* *Bon Spiel* & repetitâ ejus nuperrimâ confirmatione, quam suprâ in quæst. præjudiciali allegavimus. Si in majori quantitate lusum est, tunc ludus videtur potius factus avaritiæ & spoliationis gratia, quàm ob aliquod delectamentum, & hoc est non tantum contra Jus naturæ, quia sic quis cum alterius damno locupletatur, Joh. Aquila de omni lud. genere, *l. 206. de R. J.* verum etiam contra jus divinum, quod labore non lusionibus aut aliis illicitis artibus victum parare præcipit, *Gen. 1. v. 19. Psalm. 128. v. 2.* Contra hos meritò quoque armatur Jus civile *101. tit. ff. C. de Aleat.* Et *Seneca de aleat.* ita; quantò quis, ait, in arte hâc melior, tantò etiam nequior, & sic rectè illorum nomen pro infami est habendum. *l. fin. §. 2. de Aleat.* Quapropter caveat lusurus, ne à lege justè præscriptam excedat summam.

§. 5.

§. 5. Itaque de jure quidem civili summa in lusu non fit
ultra solidum ; solidus autem pro aureo sumitur. Alciato vi-
detur, aureum quo hodie utimur ex generali omnium populo-
rum consuetudine esse veteri illi subrogatum, & ideo quæ de so-
lido in jure civili posita sunt, ad nostrum hunc quamvis levioris
sit ponderis, referenda. Magnif. Dn. Præses in suo *comm. ad ff.*
part. 2. Exercit. 6. observ. Pract. n. 16. dicit solidum denotare du-
catum s. duos Thaleros, simulque refert in Scab. Lips. æstimari
tantum 40. grossos, quorum 24. apud nos computantur in Tha-
lerum.

CAPIT V. De Forma.

§. I.

CUM in antecedentibus de personis ad ludendum capacibus &
objecto ludi pro methodi nostræ ratione egimus, ordo quo-
que nunc mandat, de modo s. formâ, utpote quæ essentiam rei
dare dicitur, *l. 9. §. 3. ff. ad exhib. paucis hic agamus.*

§. 2. Formam ergò ludi ponimus in determinato ludendi
modo, qui pro diversitate ludorum varius. Determinatur autem
ille modus (præter alia quæ ad justitiam ludorum internam supra
ex naturali jure supposuimus, ut & honestas servetur, & verecun-
dia castis moribus perseveret, *arg. l. un. C. de Majum.*) potissi-
mum instrumentis, tempore, loco, aliisque circumstantiis ad ju-
stitiam etiam externam spectantibus, ratione boni publici legis-
latorum placitis.

§. 3. Ratione instrumentorum quoq; verum est, quod su-
pra meminimus, singulis ferè civitatibus ac pagis singulare quid
excogitatum vel receptum : Sortis tamen certificandæ potior
usus est talorum. Instrumenta verò neque noxia, nisi Aquiliæ
pœnam sustinere, *l. 10. ff. ad l. Aqu.* neque falsa esse debeant, nisi
in crimen falsi incidere velimus, ideò ad fraudem in taxillis evi-
tandam fritillus, de quo supra, inventus dicitur, uti Isidorus *libr.*
18. c. 62. jactus dicit tesserarum ita à peritis aleatoribus com-
ponitur, ut afferat quod voluerit ; de hac fallacia, Mart. *libr. 14.*
Ep. 16.

Quærit compositos manus improba mittere talos,

Si per me misit, nil nisi vota facit.

Nam uti neque ponderibus atque mensuris falsis, ita neque falsis uti licebit taxillis. Gladiatorum ludos, ac cruenta spectacula non immerito Christianismi veritate perstrictus sustulit Constant. M. in l. un. C. de gladiat. pen. tollend.

§. 4. Quod tempus attinet, alii ludi olim erant statim s. ordinarii, alii non statim s. extraordinarii. Apud nos quoque tale quid observari potest; Consuetudine enim aliquot locorum statim quidam ludi certo anni tempore conceduntur: sic das Vogel abschießen/ quin & certorum temporum festivitates ac memoriæ superstitioso ludendi genere à vulgo alicubi celebrantur. Jure Saxon. debet quis semel in mense ludere. Ord. Pol. nov. Sax. tit. 8. §. 2. Sed hinc quærimus; an liceat diebus feriatis s. Dominicis ludere? quod affirmamus, dummodo ludus per se sit licitus, neque ad profanationem Sabbati, sed post sacra finita instituat: etenim quieti ac lætitiæ publicæ hi dies non alieni, arg. l. 3. C. de Episcop. aud. Quod tamen limitationem recipit necessariam in ludis ad illicitum facile degenerantibus, ut hi in honorem Numinis divini non admittantur, sed potius prohibeantur. Examen quoque instituumus, an ars sagittaria s. sclopetaria Germ. das schießen nach der Scheiben oder Klebeband/ in die Dominico sit admittenda? Quod cum Magnif. Dn. Præside etiam affirmamus, qui videri potest in suo comm. ad ff. in tit. de feriis. fiat tamen post concionem vespertinam.

§. 5. Locum etiam, qualis esse debeat, hic annotamus. Ille autem sit talis, in quo honesta non seria tractare liceat. Non ergò religiosus vel sacer esse debet, non in templo, non curiâ religiosorumve domiciliis tale quid temere fiat. Si verò sunt, qui in tali loco prohibito luserint, tunc judicem admittimus Magistratum ordinarium, tanquam utriusque tabulæ custodem. Carolus M. hæc literas incisas habuit in suo gladio, D. P. C. A. D. C. h. e. decem Præceptorum custos à Deo constitutus. Dn. Finckent. 3. can. Theol. 68. p. 108.

CA-

CAPUT VI.
De Fine & Effectu.

§. I.

Finis ludi est animi recreatio, hominique rectè concessa, cui impossibile est semper concatenatis posse fungi laboribus, nisi quoque illi pauillum temporis ad recreationem detur; nullum enim corpus validum est, ubi languet animus. Unde apparet naturam ad conservationem humanam delectationem requirere, quæ consistat in mediocritate, ne quies copiosior laboribus, jocus abundantior severis functionibus, aliàs ex quiete illa orietur otium quod vitium. Diogenes Sophista mel, dixit, digitis gustare licet, non verò totâ manu. Hinc Staius:

— — — — — nostra fatiscit
Laxaturque chelis: vires instigat alitque
Tempestita quies, major post otia virtus.

§. 2. Recreationis ut & honesti lucrî causa liceat ludere quando sc. studiis aut negotiis forensibus defessi ludimus, quò recreati alacriores ad laborem, & accuratiores ad studia, id verò tum præcipuè assequimur, cum de re levi, h. e. patrimonio minimè damnosa, in loco & tempore opportuno brevique spatio, ludum aliquem exerceamus, quæ species ludi usq; adè concessa, ut etiam Eutrapelia à Philos. appellari demerita sit, & Ausonius:

Interpone tuis interdum gaudia curis
Ut possis animo quemvis sufferre laborem:

Nam ut Ovid. ait:

Quod caret alternâ requie, durabile non est.

Et Arist. X. *Etb.* cum non possint homines continuò operari, indigent requie. Hinc apud venerandam antiquitatem Romanam ludi & dies celebres instituti fuerunt, qui ad hilaritatem homines quasi cogent, tanquam necessarium laboris temperamentum interponentes, *l. civitatibus in pr. ff. de leg. 1. l. annuam pecuniam ff. de annuis leg.* Quanquam nec illud diffiteri liceat, ludis publicis tanquam arcano Politico Romanos Imperatores usos ad examinandos & sub jugo retinendos ferocis quondam & libertati assueti populi animos *l. 1. C. de spectat.*

§. 4.

§. 4. Optimè autem quis lucrari poterit, si oblationis gratia præmium sit propositum, quod cum victoria conjunctum dulce pugnanti esse solet, languente contra animo, si nihil inde speretur: experientia testis esto. *Molin. tom. 2. de l. & l. disp. 150.* Ad hanc lucri cupiditatem avaritiam accedere, facile posset quis asserere, hæc autem accedente ludum annullari verius erit. Sed negamus lucri cupiditatem vitiare ludum, dummodo fraus & dolus absint, ne justitiæ jura alioquin violentur. Deinde etiã cupiditatẽ, quam hîc intendimus moderatam, vix avaritiam parere poterit, quæ est vitium in dando deficiens, in accipiendo modũ excedens.

§. 5. Cum frequenter ludens sua bona dilapidare præsumatur *Bart. ad §. illud vero 9. in proem.* non injustè aleatoribus administratione bonorum interdici poterit. Interest enim Reipublicæ, ne suã re quis male utatur *§. fin. Inst. de his, qui sui vel. al. juris sunt.* Hinc nullum contractum celebrare valebit, ut e. g. qn. mutuum sit ludenti, ex mutuo agere vix poterit *Gloss. in l. quod si minor §. pen. de min. & in l. si quis cum sciret ff. pro emto.* Neque mutuans, qui receptavit ludum in propria causa à ludente potest repetere, & agere ad pecuniam mutuam, quia expressè contractum commisit, sic pronunciarunt *Jenens. teste Colero part. 1. decis. 173. n. 50. vid. Imol. in c. clerici uti etiam in l. 3. C. de aleat.* quando autem mutuans non fuit collusor, neque etiam sciverit, mutuatarium esse lusorem, habebit repetitionem & executionem. *Imola arg. l. 12. §. 11. mand.*

§. 6. Diximus in præcedenti thesi nullam obligationem validam esse, quam contraxit ludens, non absolutè intellectum volumus, sed restrictivè, i. e. nisi juramento confirmavit, ut etiam hoc asserit *Forsterus* in suo *Tr. de Dom. c. 8.* Nobilis enim quidam *W. à K.* cum alio nobile *L. à B.* lusus promiserat, & sese firmiter obstrinxerat, hisce verbis: *Do er die 1000 Thaler verspielen würde / wolte er ehrlich bezahlen / oder wolte des Teuffels mit Leib und Seel / ein Huren-Sohn / Schelm und Bösewicht seyn / auch ferner / als er das Geld / verspieler / und erinnert worden / geantwortet / ich will dich bezahlen oder will kein ehrlicher von R. seyn / denn was ich mich gegen dir verpflichtet / das will ich halten / so wahr mir Gott heiffen soll / und ein Kind des ewigen Lebens gedencke zu werden ic.*

§. 7.

§. 7. Quæsitum ergò fuit, an hac promissione probatâ W. à K. solvere teneatur? Ubi ita responderunt Witteberg. Daß K. die 1000. Thal. gestalten Sachen nach zu erlegen schuldig/ jedoch und weil gleichwohl solch lucrum allen beschriebenen Rechten zu wieder / und darinnen heilsamlich verboten/ So will euch L. à B. als einer adelichen/ ritterlichen Persohn nicht wohl anstehen und gebühren/ dasselbige Geld in euren eigenen Nutzen zu nehmen / besondern es ist des Orts der hohen Obrigkeit unbenommen / stehet auch derselben jederzeit bevor / solch Geld von Euch wieder abzufordern / und zu milben Sachen / und also zu Besserung Schul und Kirchen anzuwenden.

§. 8. Et is qui juratò se ad solutionem obstrinxit, tenetur victori solvere, quia juramentum non potest fieri irritum, quippe quod citra dispendium æternæ salutis servari potest *c. debitores 6.* Quod autem à victore repeti possit illud lucrum, ratio est, quia justum & legitimum acquirendi Domini titulum non habet. Paria verò sunt, planè titulo destitui, vel titulum quidem, sed eum illicitum, legibusque prohibitum & injustum habere. *Bald. in l. civilem n. 2. C. de furt. Panorm. in c. gravis n. 7. de restit. spol.*

§. 9. Nullam quoque fidejussionem in ludis admitti recenset B. Dn. Carpz. *Crim. part. 3. qu. 134. n. 26.* notabili præjudicio addit. C. S. in Altenroda habe ihr mit des Schäfers Sohn in der Schencke zu spielen angefangen / und ihme 6. Lämmer abgewonnen; Ob nun gleich sein Schwager sich dafür verbürget / und es zugesaget / woforne euch des Schäfers Sohn die 6. Lämmer nicht zahlen würde / euch 3. Thal. dafür zu geben / etc. So send ihr doch erwehnten Bürgen zu belangen nicht befugt von R. W. Mens. Nov. 1596. Cautio enim data super alex lusu est irrita & condici potest *l. 1. C. hic. quia quis statim, si nondum solverit, excipere potest, qui enim habet actionem ad 50. annos, multo magis habebit exceptionem l. 156. de R. 7. & frustra peteret, qui statim deberet reddere l. dolo 8. ff. de dol. mal. & met. except.*

§. 10. Etiam Transactio in ludo non valet, quia in illo non potest esse lis, sed aperta calumnia, quæ non potest inducere litem ubi non est *l. in summa ff. de cond. indebit. uti etiam responderunt Jcti Lipsienses Mens. Maj. An. 1595.*

D

S. II.

§. 11. Aleator etiam non potest esse testis *arg. c. super eo*
13. c. testimonium 54. X. de testib. & attest. & hoc ita extenditur à
Dd. quod neque in causa civili neque criminali admittitur, quia
dicitur criminofus bonorum decoctor Mascard. de probat. vol. 2.
conclus. 998. n. 1. Probare tamen debet is qui rejicit, eum tempore
testimonii ferendi aleatorem esse Gravet. p. 1. conf. 169. n. 5. qui non
aliquando tantum, sed continuo ludere consueverit Mascard.
Menoch. de arbitrar. quest. libr. 2. c. 399. n. 21. quem sequitur &
Thomas Acius de ludo Schachorum qu. 8. principali post num. 210
Sed videtur hæc nimis levis pœna in eos, qui graviori sunt jure
digni, quam etiam modo statutam, modo arbitrio iudicis relictam
invenimus. Jure quidem Saxon. in O. P. tit. vom Spiel. §. ult.
hæc edixit Serenissimus Elector: Welcher nun hiewider handelt
der soll jedesmahl 20. Thaler zur Straffe / (davon ein Thaler dem
so es in Erfahrung bracht / gebühret) entrichten / oder da ers nichts
in Vermögen / 8. Tage lang in gefährlicher Haffe enthalten werden.
Sed hæc pœna tantum loco exempli censetur & proponitur,
quam iudici ratione circumstantiarum modo minuere, modo
augere permittitur, vid Magn. Carpz. Solent etiam iudices infe-
rioris sortis lufores improbos imprimis festis diebus deprehensos
ad torquem infamem damnare, Petr. Greg. in S. J. U. libr. 39. c. 3.
in fin.

§. 12. Solent interdum nequiores esse illi qui tales susci-
piunt lufores, qua propter justo justius erit eos impunitos non re-
linqui. Habemus autem Edictum Prætoris in susceptores datum,
ne præbeant occasionem huic nequitia, quod ita sonat: si quis
eum, apud quem alea lufum esse dicetur, verberaverit, damnum-
ve ei dederit, sive quod eo tempore dolo ejus subtrahum est, ju-
diciam non dabo l. i. pr. ff. b. t. Fit autem, ut testatur Dn. Hahn.
juxta principia extraordinaria, ob rei vilitatem, cujusmodi etiam
est alea, res vilis, & turpis, indignior quam ut SS. justitia ei debeat
accommodari, simulque addit responsum Helmstadii datum 1616.
3. Dec. Daß Gefangener die von Klägern Michael Benecken auß
Spiel gewonnene 11. Thaler von N. W. nicht fordern noch ihm diesel-
ben anrechnen kan. Et non modo susceptoribus actio crim. ve-
rum etiam civ. denegatur, ut idem probat per Resp. ad Senat.
Wans-

Wanslebenf. datum ita: Im Fall aber dieser Tumult und Schlägeren wegen des bis in die späte Nacht gedauerten Kartenspiels entstanden / sind Beklagte die zerbrochene Thür / Fenster und Ofen zu bezahlen im Recht nicht verbunden / noch dieselbe als Haus-Friedbrecher zu bestrafen / B. R. W.

§. 13. Per susceptorem autem intelligimus non illum, qui bis vel rarò lutores receperit, sed illum qui frequentissime, & consuetudinem recipiendi habet *gl. in l. 1. ff. b. t.* Loco pœnæ etiam statutum est, quod domus, in quâ luserunt, publicari debeat, *l. ult. C. b. t.* nisi sit domus pupilli non capacis doli, vel viduæ arg. *l. 1. C. b. t.* nisi sit domus pupilli non capacis doli, vel viduæ argt. *l. 1. C. de fals. mon.* sive alterius miserabilis personæ: Etiam domus conducta non debet publicari, si Dominus ejusdem sit ignorans, quando autem domus publicatur, non tamen res quæ in eâ reperiuntur, simul prostabant, nisi ad ludum sint accommodatæ, ut Scamna. Bald. in *l. C. de naut. fen.* & in *l. 3. de incest. nupt.* Bart. in *l. ult. ff. de supell. leg.*

CAPUT VII. De Affinibus.

§. I.

INter Affinia sponfionem numerari posse, in confesso esse nullus ambigo, idcirco illam describere jam è re nostra duxi Est autem sponfio conventio duorum pluriumve de veritate aut eventu alicujus rei dubiæ honestè tamen contendentium, ut victori cedat id, quod depositum.

§. 2. Eandem autem rationem esse sponfionis ac ludorum manifestum est, sicuti enim virtutis causâ, ut dictum, ludere, ita quoque sponfiones facere licet *l. 3. ff. de aleat.* Insuper quoque in jure civili hinc inde conceduntur pacta & stipulationes conditionatæ à futuro eventu dependentes uti probat *l. 63. l. 108. l. 129. d. V. O.* ut e. g. poneret quis pignus quoddam sub aliquo honesto tamen eventu, ut si tibi nascatur masculus, dabis mihi decem, si fœmella, dabo tibi decem, hanc sponfionem habemus pro licitâ, sicut enim valet promissio, quando promitto tibi centum, si navis ex Asiâ veniat, & quando quis denegaret hanc pecuniam, posset alter contra illum actionem ex stipulatu instituire & va-

lebit, siquidem nulla fraus, dolus, aliquaē commutatio iniqua
fieri potuerit.

§. 3. Quærimus autem datâ occasione, an talis sponsio sit
licita, si unus ex ludentibus habens in suis aleis numerum, qui
potest in eo ludo contingere omnium maximum adeo, ut penes
ipsum sit ludi victoria, addit sponsonem augetque duplicando
præmium, si sc. sociis non displiceat, quorum alter rei ignarus,
& credens satis amplum habere numerum, conditionem augmen-
ti acceptavit, & detectis manifestatisq; aleis se victum agnovit,
quær. an sponsonem duplicare debeat nec ne? Nos utique ser-
vandam esse putamus, quia omnis ludus habet suas leges, suamq;
naturam easque leges custodiendas *per gloss. marg. in l. in executione*
§. fin. ff. de V. O. in l. in jure civil. l. 61. ff. de R. J. veluti aleas non
esse signatas, taxillos non falsatos, & maximus numerus potuit
itidem contingere adversario, quia est in arbitrio fortunæ, &
prorsus poterit cogitare quasi alter animo deterrendi augere
voluerit sponsonem, sibi que imputet, quod conditionem au-
gendæ sponsonis acceptaverit. *videtis Covarr. part. 2. relect. è*
peccatum de reg. Tom. 1.

§. 4. Huic annectitur olla s. urna fortunæ *der Glückstopff*/
cujus descriptionem jam ponimus, ubi pro certo pretio minutæ
ex aliquo vase chartulæ depomuntur, quibus inscriptum, quan-
tum fortuna unicuique largitur atque distribuit. Quær. hîc an
sit licita? quod communiter affirmant, *arg. l. 8. 9. §. 1. de contrab.*
emt. l. 12. §. 13. de act. emt. requirunt autem Dd. quod autoritate
publicâ exerceri debeat, ne sc. major numerus notarum infeli-
cium in urnam injiciatur, quàm ferat æstimatio rerum, quæ sorti
exponuntur, uti refert Magn. Dn. Struv. *Syntagm. suo Jur. civ.*
Exerc. 15. §. 58. Plura legere qui desiderat evolvat Keller. *libr. 2.*
de offic. juridic. cap. 23. it. D. Conrad. Schlüsselbürger/ im Beden-
cken von Glückstopff. Sanè in Elect. Sax. Glückswürffel/ Kreisel-
Stech und dergleichen Buden und Tische/ prohibentur sub poenâ
100. Thal. qui à Magistratu hos ludos permittente solvi debeant,
vid. Ord. Pol. nova tit. 8. §. 2.

§. 5. Hûc non incommodè possumus quoque referre for-
tem, quæ instar ludi est. Describimus ergò, quod sit conventio *de*

de negotio civili dubio, ubi jus in certo casu à iudice vel partibus
ipsis indeterminatum deciditur. *vid. §. 23. Instit. de leg. l. 36. ff. de
adopt. l. 5. ff. fam. heriscund. l. 1. §. 2. ff. de officio quaestoris l. ult. pr. Co
comm. de leg.* Aliquando verò fors vocatur vis divina *ff. de da-
mno infecto l. 24. §. 4.* Hinc D. Aug. res est, inquit, fors in dubita-
tione humanâ divinam indicans voluntatem: Plura leg. ap-
Calv. in Lex. & apud Voëtium in suo Tr. de jure alee, ubi tantum agit
de sorte, magnamque utilitatem habere nemo inficias ibit, qua-
propter etiam ob necessitatem introducta fuit *arg. l. 14. ff. de
iudicio sc. quò eò melius lites sopiantur, meliorique modo fini-
antur.* Locum autem habet in illis casibus, qui aliàs coram judi-
ce non possunt decidi, aut quando quis in re aliquâ controver-
sa prærogativâ gavissus est. *Carpz. decis. 164. n. 18.* Et homines
quantumvis feroces sortis decreto acquiescunt, qualescunque
etiam sint.

§. 6. Sorte quoque infligi pœnas certum est, quæ species
fortis in specialem planè ac singularem transit appellationem, si-
quidem decimatio dici consuevit, cujus aliquo modo Cic. pro
Cluent. mentionem fecit, quando à multis, inquit, flagitium est
admissum, tunc sortitione in quosdam animadvertitur, ut pœna
ad paucos, metus ad omnes perveniat, modo simul omnes pari
crimine teneantur. Nomen hoc Romani indiderunt huic speciei
fortis, cum enim in bello unus vel alter exercitus delictum quod-
dam perpetraret, non in omnem animadverterunt militem, sed
quemlibet decimum ad supplicium traxerunt, reliquis impunè
dimissis, quibus benignitate Dæum & fortunæ feliciter cecidis-
set alea.

§. 7. Quamvis autem ludendi immoderatus pruritus eò
usque in jure coercitus sit, ut nec pœnæ stipulatio in ludis illici-
tis locum habeat, sunt enim tales stipulationes turpes, & non o-
pe solum exceptionis infirmantur, sed ipso jure & per se nullius
momenti sunt *l. generaliter 26. l. stipulatio ff. de V. O. & per Conseq.
nec obligatio nec actio inde oritur. Arum. disp. 22. ad præcipuas
ll. ff. ib. 8.* Ad pœnam nihilominus de non ludendo, stipulando
amico obligari quis potest. *Petr. Santern. tr. de Asscur. & Spons.
p. 3. in fin.* ut stipulantis non intersit, si alter ludat, quia malefici-

um nē fiat, adstringi quis potest pœnā promissā. *facit. l. 121. §. mul-*
lier 1. ibiq; Bart. & Dd. de V.O. Hahn. ad Wesenb. §. 1. n. 4. p. 463. p. 17
Ex hâc enim stipulatione boni mores nequiquam læduntur, sed
magis conservantur. *Benevent. Straccha 2r. de spons. §. hic etiam n. 1.*
p. 400. Pfeil. conf. 36. & ita responsum fuisse meminit Dn. Philippi
in usu practico à Scabinis Lipsi, M. Julio An. 1657. ad consultatio-
nem Johann Posters Husschmids zu Pegau.

§. 8. Hûc recenseri meretur Alex emtio, quæ à Nostris di-
citur, cum incertus emitur eventus v. g. si Piscator jactum retis
vendit vel auceps Pantheram *l. 8. ff. de contr. emt.*

CAPUT VIII.

De Contrariis.

§. I.

CONtraria quod concernit, videmus nihil contractibus & con-
ventionibus & conseq. lusionibus contrarium esse quam me-
tum & dolum *l. 116. de R. J.* quapropter I. absit dolus *l. 1. verb. absq;
dolo C. l. fin. hic.* Et quidem sine dissimulatione, nam qui illum dis-
simulat, quò trahat alium imperitiorum ad ludendum, peccare, &
ad restitutionem teneri scribit Navarrus in suo manuali *c. 19.* quia
dolus cuiquam patrocinari nequit. Covarr. in reg. peccatum
part. 2. §. 4. n. 4. dolus autem, quibus modis contingat. vide latius
apud Molin. *Disp. 517. n. 1.* II. Etiam quæstus & lucri illiciti causâ
non possunt institui *l. 1. vers. qui artis ludicre l. 2. §. fin. ff. de his qui not.
inf. l. 1. §. 6. de postul.* quia & qui lucrum illicitum petit, in dolo est.
III. Ludus etiam vitiatur, quando aliquis per vim metumve at-
trahitur, quia neque hæc res dolo caret *l. si legatar. de dolo & tene-*
tur tunc cogens restituere, quod in ludo accepit, nam hoc inju-
stum est, aliquem adeò dirigere, ne prius à ludo discedat, donec
tot vel tot vicerit, nobiscum quoq; sentit Guil. in l. Juris gentium §.
Prætor ait. ff. de pact. ludentes siquidem proprio motu & instinctu
convenisse necesse est. Prætor enim contra tales attrahatores ita
pronunciat: In eum qui alex ludendæ causa vim intulerit, uti
quoque res erit, animadvertam, ut aut multâ multeretur aut in La-
tomias vel in vincula publica ducatur *l. 1. §. fin. ff. b. t. Latomia quid*
sint vid. ap. Calv. & Cott. in memorial. in verb. Latomia.

CA-

CAP. ULTIMUM.
De Actione.

§. I.

Ultimo loco necesse est ut dicamus de actione, quæ ex hâc conventionem seu hoc contractu, actu ludendi jam consummato descendit, siquidem ludentes ultro citroque consensere, quod mihi statim obligationem de aliquo dando vel faciendo denotat. Fiat autem in ludis licitis, & juxta præscriptam à Justin. in l. fin. C. de ale. formam, tunc non solum repetitio cessabit l. solens. §. 1. de ale. verum etiam victor quod expositum est, lucrabitur, & agere permittitur l. si gratuitam 17. §. si quis ff. de P. V. nisi pecunia, quæ ludo deperditur, non fit ipsius propria, sed alterius, tunc poterit repeti, sic mens. Nov. 1576. respondit, referente Magn. Dn. Præsidi in suis not. pract. hic n. 86. collegium Jenense, Quæstori cuidam, cujus pincerna cum tabellario Dresdensi ludendo 70. florenos perdidit, summam istam Domino restituendam esse.

§. 2. Victus autem traditione dominium in vincentem transiit, uti habemus expressam l. 20. C. de pact. Et quamvis rem de qua ante lusum convenerunt, nondum tradiderit, nihilominus obligatus manebit, quia pacta dant legem contractibus l. 1. §. 6. ff. de pos. l. 23. ff. de R. & grave est fidem datam fallere, l. 1. ff. de const. pec. imò nihil magis congruum est fidei humanæ, quam servare ea, quæ placuerunt l. 1. ff. de pact. l. 20. C. de transaction.

§. 3. Diximus in præcedente thesi victum obligatum esse victori, contraque illum posse actionem institui, quo autem actionis genere fieri debeat, ponendum. Notum aliàs erit, triplici viâ nos obligari, aut enim obligamur ex contractu, aut ex delicto, aut ex lege. Si ex stipulatione obligatus est victus quod sc. hâc interposita sibi invicem caverunt, quod alter alteri velit dare id, quod in ludo depositum, tunc vincens aget ex stipulatu, si verò obligatur ex contractu literali, quando se finito ludo ad debitum certum solvendum se chirographo obligavit, si verò neque ex stipulatu neque ex literali contractu, necessum erit obligatum esse ex lege, ex delicto non esse obstrictum, vix est quod dubitari possit.

§. 4.

§. 4. Summo igitur jure id, de quo lege permittente ludit, victor à victo potest petere. Definimus autem conditionem ex lege ex Magn. Dn. Struv. ità : quod sit actio in personam, quâ id dari oportere intenditur quod debetur ex obligatione civili, quæ introducta est novâ lege, non exprimente, quo genere actionis experiendum sit *l. un. b. vid. l. 35. §. ult. C. de Donat. junct. N. 162. C. l. 27. §. ult. Zœs. n. 2. Dn. Hahn. b. n. 3. Treutl. disp. 23. vol. 1. §. 1. Perez. in C. n. 6. b.*

§. 5. Postquam egimus de actione instituendâ ex ludis licitis, dicere quoque nos convenit obligationem & actionem, quæ ex ludis illicitis potest institui. Primo statim loco an victor acquisiverit Dominium in illa re, quam ludendo lucratus est, quaerimus? Nos ludum esse autem quendam respondemus, qui quamvis injustè celebratus, nihilominus victor, quod solum accepit lucrum, tum jure nat. retinere potest, tum jure civ. donec victus repetat. vid. Dn. Hahn. hîc, quod condicit tanquam pecuniam debitam Cujac. *in paratit. b. t.* regulariter quidem conditio hic non haberet locum, ex hac ratione, quia utriusque est turpitudò, ubi semper potior habetur ratio possidentis, sed fit planè extra ordinem in odium alex. Dn. Hahn. *hîc n. 4.* Etiam hîc renunciatio non valet, quippe quæ in favorem publicum est introducta, cui privatus vix ac ne vix quidem præjudicium facere poterit *l. 38. ff. de pactis.*

§. 6. Ut autem ad conditionem nostram propius accedamus, describamus illam h. m. quod sit actio personalis civilis popularis, quæ datur illi, qui ludo illicito aliquid perdidit atque solvit, ejusque heredibus contra vincentem illiusve heredes ad repetendum id, quod est datum aut solutum.

§. 7. Rationem nunc addimus quare per actionem personalem descripsimus, sc. quia victus ut actor intendit dari sibi aliquid, & sic instituit conditionem, quæ est actio in personam, §. 15. *Inst. de action. l. 1. C. b.* Civilis est, quia in illa jus Prætorium sibi nullas vindicat partes. tò civilis autem sumimus hic latissimè ut in *l. 20. §. fin. ff. de O. & A.* ponitur *l. 42. §. 1. eod.* Datur autem illi, qui ludo illicito aliquid perdidit *l. 3. C. b.* illiusve heredibus, quia est rei persecutoria *l. 4. §. fin. ff. de alien. jud. mut. caus.*

con:

contra vincentem illiusve hæredes , cum descendat aliquo modo ex contractu, utut jure civili ratione effectus, invalido, actiones verò ex contractibus venientes in hæredes dantur *l. 49. ff. de O. & A.* & quidem rectè, quia lucrum ex illâ pecuniâ victoris hæredes senserint, vid. hâc de re Schneidevv. *ad §. 6. Instit. de Action.* Non autem semper hæc contra illos datur, siquidem cum 50. annorum spacio excluditur, illique præscribitur *l. 3. C. b.* & ut ex Anatolio refert Eustachius *libr. τῆς χεγνικῶν ἀγαστημάτων.*

§. 8. Parenti vel Domino ad repetendum id, quod in ludo deperditum, atq; à filiofam. vel servo injustè fuerit solutum *l. ult. §. 1. ff. b. t.* conceditur quoque hæc actio, si quidem hoc in passu Pater & filius pro unâ personâ habentur *l. fin. C. de impub. & al. substit.* quia damnum, quod filius aut servus passus est per ludum maximè ad eos, sub quorum potestate degunt, pervenit, imo pater non solùm repetere, sed actione furtivâ contra lufores agere potest. Bald. *in rubr. C. de condiç. ob turp. caus.* ibique etiam Jason, item & actionem de servo corrupto instituere poterunt, si verò falsitas dolusve adhibitus fuerit criminis falsi, aliquando stellionatus potest accusari. Quomodo conjuges vel liberi si pater pecuniam perdidit, ut legitimam habere non possint, valeant agere. vid. ap. Tiraquell. *de LL. connubial. Glossa 5. n. 81.* Farinac. *quest. 109. n. 187.* Döring. *in sua Bibliotheca sub verbo alea num. 82.*

§. 9. Quando autem nemo ex his personis actionem hanc adhibere desiderat, aut forsan non potest, tunc unusquisque ex populo ad eam est admittendus *l. 1. C. b. t.* quapropter etiam dicitur popularis, quia suum jus populo tuetur *l. 1. ff. de pop. action. l. un. §. 9. ne quid in flum. publ.* Quærimus autem, si unus ex populo institueret hanc conditionem, acciperetque à victore, quod victus ludendo perdidit, ad quemnam spectaret hæc pecunia? Putamus in dubiis causis semper favendum esse piis causis, ut favorabilioribus, tutius enim & conscientiis securius esse, si pecunia ludo acquisita in usum pauperum erogetur, tradunt *Gloss. & Dd. communiter in c. Clerici in verb. ad aleas de vit. & honest. Cler. per c. non sane 15. in fin. caus. 14. quest. 8.* Rauchbar. *part. 2. quest. 25. n. 92.* Restrigitur aliquo modo, si sc. pecunia fuit non in ludentis potestate, sed fuit patris vel Domini, tunc quoque Patri vel Do-

E

mino

mino restituitur. Ceterum, ut dictum, si est sui juris ac in ludendo assiduus, pecuniam in pœnam pauperibus distribui censet Petr. Gregor. *libr. 39. c. 3.* & convenit responso supra adducto, nisi tamen is, qui lucratur, fraude in ludo usus fuerit, tunc ut rapina & furtum Domino amittenti debent amissa restitui *c. 15. c. 14. quest. 5.* Et si nullus repetierit, tunc ex officio conditionem instituat Magistratus, si omiserit, tenetur ad interesse. Chil. König *Proc. Jud. part. 2. c. 34. no. 4.*

§. 10. Posuimus supra hanc nostram actionem dari in hæredes, & simul esse popularem, quod contra illam est, siquidem illa neque in hæredes datur, neque supra annum extenditur (2) hanc actione petitur pœna, §. pœnales *Inst. 12. de Action.* cujus verò illa sit invenies ap. Magn. Dn. Struv. *Exercit. 48. §. 117.* in nostrâ autem contra aleatores petimus rem. Sed respondemus, quamvis actionum popularium ut apparet, tales sint effectus, ex quibus non possumus videre, nostram posse dici jure popularem, nihilominus eam aliquid singulare habere censemus. Quando verò plures ad Prætorem accedebant, tunc ille, ne actio planè inutilis fieret, atque impediretur, debebat magis idoneum eligere *l. 2. ff. de popul. action. Gorkofr. in not. Vid. Fab. libr. 3. c. 10. & libr. 7. c. 4. Gell. libr. 2. c. 4.* qui fusè de hanc electione loquitur, eamque in specie appellat divinationem cum Gabio Basso, quoniam divinare quodammodo judicem oporteat.

Et hæc de spinosâ ac abstrusâ Juris materiâ dicta sufficiant. Deo Ter. Opt. Max. cujus ope meum laborem incepi, gratias jam habeo maximas pro Spiritûs sui assistentiâ, concessisque viribus. Te verò B. L. amicè rogitò, velis haud sinistrè hanc de elaboratione judicare, sed si quid commissum, ut nullus dubito, albo lapillo notare, placideque admonere, quia lubens fateor, quod elegantiori stylo accuratiora in publicum proferri potuissent, nisi materiæ difficultas, ingeniique infirmitas impedimento fuissent. Hanc vice meæ disputationi imponatur cum hoc Ovveni Epigrammate

Sat mihi sunt pauci lectores: est satis unus,

Si me nemo legat, sat mihi nullus erit.

E I N I S.

TE Themidos, *logogrypho* Conjectore, *vasallum*
Esse doces, *ludi* varii dum jura resolvis
Præstanti cum laude. Eodem contende labore,
Nam certò, *Feudi* vice, summa brabea capeffles.

*Per - Eximio Dn. Autori J. U. Cultori
solertissimo amicà m. & m.
gratulab.*

**Joh. Volk. Beckman/ D.
& PRÆSES.**

Sonnet.

Herr Lehman/ wie uns deucht/ so wird Er wohl erwischet
Das allerbeste Blat/ aus diesem Musen. Spiel/
Und spielten auch mit Ihm der Spieler noch so viel/
Er machte Sie Labet. Er kan die Karten mischen
Nach guter Spieler Art/ und weiß gar wohl zu fischen
Den höchsten Trumpff daraus: Zu mahl weil Er das Ziel/
Das Delia gesteckt / mit seinem Federkiel/
Dort auff dem Pindus-Berg / in jenen grünen Püfchen/
Da Arganippe trillt / bey nah gewonnen hat:
Wir/ruffen nun Glück zu! Glück zu. Zu dem Beginnen/
Gott gebe daß Er mag den grösten Ruhm ge/
winnen
Auf diesem Helicon/ biß über Nerens Stadt
Soll sein Gerichte gehn/ die Tugend müsse blühē/
Und seiner Sinne Frucht zu Castors Bruder zie/
hen.

Mit diesem wenigen wolten dem Herrn Autori
schuldigt aufwarten dessen


Sämtliche Tischgenossen.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Continet
Faint, illegible text in the middle section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.







00 A 6345

ULB Halle 3
002 912 163


TA-FL

V. D. 17.

Rebro ✓







U. VIII.
30

QUOD FELIX FAUSTUMQUE ESSE JUBEAT
SACROSANCTA TRIAS!

Auctoritate atque Concessione
Magnifici atque Nobilissimi Jctorum
Ordinis, in illustribus propter Salam Athenis,

PRÆSIDE
VIRO

Nobilissimo, Consultissimo atque Excellentissimo

DN. JOH. VOLK. *Bechmann*/
HEREDITARIO IN *Obern-Tröbra*/
JCTO ET ANTECESSORE CELEBERRIMO,
CONSILIARIO SAXONICO, CURIÆ PROVINCIALIS,
FACULTATIS SUÆ, ET SCABINATUS ASSES-
SORE GRAVISSIMO,

DN. PATRONO AC PRÆCEPTORE SUO
JUGITER COLENDO,

DISPUTATIONEM HANC JURIDICAM

DE

JURE LUDENDI,

publica Eruditorum censura

FRIDERICUS ERNESTUS LEHMANNUS,

ANNÆB. MISNICUS,
RESPONSURUS AUTOR,
In Auditorio Jctorum.

sistit

Ad diem Mens. Octobr. Anno M DC LXVIII.

Horis consuetis.

JENÆ, TYPIS VVERTHERIANIS.

